

L. ANNÆI  
SENECÆ  
TRAGOEDIA  
HERCULES  
FURENS.

ARGUMENTUM.

**L**ycus à Creonte Herculis socero, Rege  
Thebano, propter scelera in exilium  
Missus, Hercule apud inferos degente, seditio-  
nem movet, & Creonte cum duobus filiis cæ-  
lo, Regnum Thebanum occupat: Megaram  
Herculis uxorem ad nuptias sollicitat, & abnu-  
enti vim parat. Opportunè ab inferis re-  
dux Hercules Lycum ejusq; fautores inteifi-  
cit. Juno tam feliciter gesta non ferens Her-  
culi furorem injicit, quo correptus Megaram  
uxorem & liberòs occidit. Quod ubi ad se re-  
versus intelligit, doloris impatientiâ victus,  
sibi ipsi mortem parat. At Amphitryonis &  
Thesei precibus detentus, cum hoc Athenas  
purgandus proficiscitur. Et Farnabio,

PERSONÆ

JUNO, LYCUS, CHORUS,  
HERCULES, MEGARA,  
THESEUS, AMPHITRYON.

## ACTUS I.

JUNO.

**S**oror Tonantis (hoc enim solum mihi  
 Nomen relictum est) semper alienam Jovem  
 Ac templa summi vidua deserui aetheris,  
 Locumque cœlo pulsa pellicibus dedi.  
 Tellus colenda est, pedices calum tenens.  
 Hinc Arctos alta parte glacialis poli  
 Sublime classis sidus Argolicas agit:  
 Hinc, quæ repenti vere laxatur dies,  
 Tyria per undas vector Europa nitet:  
 Illinc timendum ratibus ac ponto gregem  
 Passim vagantes exerunt Atlantides,  
 Ferro minax hinc terret Orion Deos,  
 Sna'sque Persens aureus stellas habet.  
 Hinc clara gemini signa tyndarida micant,  
 Quibusq; natis mobilis tellus stetit.  
 Nec ipse tantum Bacchus aut Bacchi Parens  
 Adiere superos: nequa pars probro vacet,  
 Mundus puella ferta cnossiaca gerit.  
 Sed vetera querimur. Una me dira, ac fera  
 Thebana, naribus sparsa tellus impiis,  
 Quoties novercam fecit? ascendat licet,  
 Meumq; vidtrix teneat Alcmene locum,  
 Pariterque natus astra promissa occupet;  
 In cujus ortu mundus impendis diem,  
 Dardusq; Eoo phabus effulsit mari,  
 Retinere mersum jussus oceano jubar.  
 Non sic abibunt odia. Vivaces aget  
 Violentus iras animus, & sevens dolot  
 Aeterna bella Pace sublata geret.

HERCULES FURENS.

Quæ bella? Quicquid horridum tellus creat  
 Inimica, quicquid pontus, aut aër tulit  
 Terribile, dirum, pestilens, atrox, ferum,  
 Fractum, atq; domicum est. Superat, & crescit  
 malis

Irâq; nostrâ fruitur, in laudes suas  
 Mea vertit odia, dum nimis saeva impero;  
 Patrem probavi inde, quâ lucem premit,  
 Aperitq; Tethys, quâ ferens Titan diem,  
 Binos propinquâ tingit Æthiopus face.  
 Indomita virtus colitur, & toto Deus  
 Narratur orbe. Monstra jam desunt mihi:  
 Minorq; labor est Herculi iussa exequi,  
 Quam mihi, jubere: Læus imperia excipit.  
 Quæ fera tyranni iussa violento queant  
 Nocere juveni? Nempe pro telis gerit,  
 Quæ timuit, & quæ fudit: armatus venit  
 Leone, & hydrâ. Nec satis terra patent.  
 Effregit ecce limen inferni foveis,  
 Et opima vitti regis ad superos refert.  
 Parum est reverti. Fadus umbrarum perit.  
 Vidi ipsa, vidi nocte discussâ inferam,  
 Et dite domito, spolia jactantem Patri  
 Fraterna. Cur non vinctum, & oppressum trahis  
 Ipsum catenis, paria sortitum fovi,  
 Ereboq; capto patitur, & retegit styga?  
 Patefacta ab imis manibus retro via est,  
 Et sacra dira mortis in aperto jacent,  
 At ille, rupto carcere umbrarum, ferox  
 De me triumphat, & superbificâ manu  
 Atrum per urbes ducit argolicas canem.  
 Viso labantem Cerbero vidi diem,

Pavidumq; solem : me quoq; invasit tremor,  
 Et terna monstri colla devicti intuens  
 Timui imperasse. Levia sed nimum queror,  
 Cælo timendum est, regna ne summa occupet,  
 Qui vicit ima: sceptrâ praripiet Patri,  
 Nec in astra lentâ veniet, ut Bacchus, viâ,  
 Iter ruina quæret, & vacuo volet  
 Regnare mundo. Robore expenso tumet,  
 Et, posse cælum viribus vinci suis,  
 Didicit ferendo, subdidit mundo caput,  
 Nec flexit humeros molis immensa labor,  
 Mediusq; collo sedit Herculeo polus,  
 Immota cervix sidera, & cælum tulit,  
 Et me prementem. Querit ad superos viam.  
 Perge ira, perge, & magna meditantem opprime,  
 Congredere, manibus ipsa jam lacera tuis.  
 Quid tanta mandas odia? discedant ferae:  
 Ipse imperando fessus Eurystheus vacet.  
 Titanas ausos rumpere imperium Jovis  
 Emitte, siculi verticis laxa specum.  
 Tellus gigante Doris excusso tremens  
 Supposita monstri colla terrifici levet,  
 Sublimis alias luna concipiat feras.  
 Sed vicit ista. Queris Alcida parem?  
 Nemo est, nisi ipse: bella jam secum gerat.  
 Adsint, ab imo Tartari fundo excita  
 Eumenides, ignem flammea spargant coma,  
 Viperea seva verbera incutiant manus.  
 I hunc, superbe! calitum sedes pete:  
 Humana temne, jam styga, & manes feror  
 Fugisse credis? Hic tibi ostendam inferos.  
 Revocabo, in alta conditam caligine

Ultra nocentum exilia, discordem Deam,  
 Quam munit ingens montis oppositi specus,  
 Educam, & imo Ditis è regno extraham,  
 Quicquid relictum est. Veniat invisum scelus,  
 Suumq; lambens sanguinem impietas ferox,  
 Errorq;, & in se semper armatus furor.  
 Hoc, hoc ministro noster utatur dolor.  
 Incipite famula Ditis, ardentem incite  
 Concutite pinum, & agmen horrendum anguibus  
 Megara ducat, atq; luctificâ manu  
 Vastam rogo flagrante corripiat trabem,  
 Hoc agite, panas petite violatae stygis,  
 Concutite pectus, acrior mentem excoquat,  
 Quam qui caminis ignis Aetnae furit,  
 Ut possit animo captus Alcides agi  
 Magno furore percitus: nobis prius  
 Insaniendum est. Juno cur nondum furit?  
 Me, me Sorores mente dejectam mea  
 Versate primam; facere si quicquam apparo  
 Dignum novercâ, jam odia mutantur mea.  
 Natos reversus videat incolumes, precor,  
 Manuq; fortis redeat. Inveni diem,  
 Invisa quo nos Herculis virtus juvet.  
 Me pariter, & se vincat, & cupiat mori  
 Ab inferis reversus. Hoc profit mihi,  
 Jove esse genitum. Stabo, & ut certo exeant  
 Emissa nervo tela, librabo manum:  
 Regam furentis arma: Pugnanti Herculi  
 Tandem favebo. Scelere perfecto, licet  
 Admittat illas genitor in caelum manus.  
 Movenda jam sunt bella, clarescit dies,  
 Ortusq; Titan lucidus croceo subit.

## CHORUS.

Anapæstici.

**J**am rara micant sidera, prono  
 Languida mundo, nox victa vages,  
 Contrahit ignes, luce renatâ  
 Cogit nitidum phosphoros agmen:  
 Signum celsi glaciale poli,  
 Septem stellis Arcades urse  
 Lucem verso tempore vocant.  
 Jam caruleis evedus equis  
 Titan, summum prospicit Oetam,  
 Jam Cadmaïs inclyta baccis,  
 Aspera die dumeta rubent,  
 Phœbiq; fugit reditura Soror.  
 Labor exoritur durus, & omnes  
 Agitat curas, aperitq; domos:  
 Pastor, gelidâ cana pruina,  
 Grege immisso pabula carpit.  
 Ludit prato liber aperdo  
 Nondum rupta fronte juvenens,  
 Vacua reparant ubera matres,  
 Errat cursu levis incerto  
 Molli petulans hœdus in herba,  
 Pennasq; novo tradere soli  
 Gessit, querulos inter nidos,  
 Thracia pellex, turbaque circum  
 Confusa sonat, murmure misto  
 Testata diem. Carbasa ventis  
 Credit dubius navita vita,  
 Laxos aurâ complente sinus.  
 Hic excelsis pendens scopulis.

Aut deceptos instruit hamos.  
 Aut suspensus spectat pressâ  
 Præmia dextrâ : sentit tremulum  
 Linea piscem ; hæc , innocua  
 Quibus est vita tranquilla dies ,  
 Et lata suo , parvoq; domus ,  
 Spes & in agris.  
 Turbine magno spes sollicita  
 Urbibus errant , trepidique metus.  
 Ille superbos aditus regum  
 Durasque fores , expers somni  
 Colit : hic nullo fine beatus  
 Componit opes , gazis inhians  
 Et congesto pauper in auro est  
 Illum populi favor ætonicum ,  
 Fluctuq; magis mobile vulgus ,  
 Aurâ tumidum tollit inani.  
 Hic clamosi rabiosa fori  
 Jurgia vendens improbus , iras  
 Et verba locat. Novit paucos  
 Secura quies , qui velocis  
 Memores avi , tempora nunquam  
 Reditura tenent. Dum fata sinunt  
 Vivite læti. Properat cursu  
 Vita citato , velucrique die  
 Rota præcipitis vertitur anni.  
 Dura peragunt pensa sorores ,  
 Nec sua retro fila revolvunt.  
 At gens hominum fertur rapidis  
 Obvia fati , incerta sui.  
 Stygias ulro quarimus undas.  
 Nimum , Alcide , pectore forti

¶ L. ANNÆI SENECÆ  
Properas mœstas visere manes.  
Certo veniunt ordine parca,  
Nulli jusso cessare licet,  
Nulli scriptum proferre diem  
Recipit populos urna citatos.  
Aliam multis gloria terris  
Tradat, & omnes fama per urbes  
Garrula laudet, cœloque parem  
Tollat, & astris: alius curru  
Sublimis eat; me mea tellus  
Lare secreto, tutoque tegat.  
Venit ad pigros cana senectus,  
Humilique loco, sed certa, sedet  
Sordida parva fortuna domus:  
Alte virtus animosa cadit.  
Sed mæsta venit crine soluto  
Megara, parvum comitata gregem,  
Tardusque senio graditur Alcide parens.

## ACTUS II.

MEGARA AMPHITRYON.

**O** Magne Olympi rector & mundi arbiter  
Fare statue tandem gravibus arumnis modum,  
Finemq; cladi. Nulla lux unquam mihi  
Secura fulsit. Finis alterius mali  
Gradus est futuri: proinus reduci novus  
Paratur hostis: Antequam letam domum  
Contingat, aliud jussus ad bellum meat:  
Nec ulla requies, tempus aut ullum datur.  
Nisi dum jubetur, sequitur à primo statim  
Infesta juno. Nunquid immunis fuit  
Infantis aias? Monstra superavit prius

Quam



HERCULES FURENS.

9

Quam nosse posset. Gemina cristati caput  
 Angues ferebant ora, quos contra obvius  
 Reptavit infans, igneos serpentium  
 Oculos, remisso pectore, ac placido intuens,  
 Arctos serenis vultibus nodos tulit,  
 Et tumida tenera guttura elidens manu  
 Praludit hydrae. Menali pernix fera,  
 Multo decorum praeferebat auro caput  
 Deprensa cursu est. Maximus Nemea timor  
 Gemuit lacertis pressus Herculeis Leo.  
 Quid stabula memorem dira Bistonii gregis?  
 Suisque regem pabulum armentis datum,  
 Solitumque densis hispidum Erymanthi jugis  
 Arcadica quatere nemora Menalium suem?  
 Taurumque centum non levem populis metum!  
 Inter remotos gentis hesperia greges  
 Pastor triformis litoris Tartessii  
 Peremptus: acta est praeda ab occasu ultimo:  
 Notum Cytharon pavit oceano pecus.  
 Penetrare iussus solis aestivi plagas,  
 Et adusta medius regna qua torret dies,  
 Utrimque montes solvit abrupto obice,  
 Etiam ruenti fecit Oceano viam.  
 Post hac adortus nemoris opulenti domos  
 Aurifera vigilis spolia serpentis tulit.  
 Quid? lava lerna monstra, numerosum malum  
 Non igne demum vicit, & docuit mori?  
 Solitasque pinnis condere obductis diem  
 Petiit ab ipsis nubibus stympthalidas?  
 Non vicit illum calibis semper thori  
 Regina gentis vidua Thermodontia.  
 Nec ad omne clarum facinus audaces manus

Stabuli fugavit turpis Angia labor.  
 Quid ista profunt? Orbe defenso caret,  
 Sensere terra, pacis authorem sua  
 Abesse terris: prosperum, ac felix scelus  
 Virtus vocatur. Santibus parens boni  
 Jus est in armis. Opprimit Leges timor.  
 Ante ora vidi nostra truculentâ manu  
 Natos paterni cadere regni vindices,  
 Ipsamque cadmi nobilis stirpem ultimam  
 Occidere. Vidi Regium capitis decus  
 Cum capite raptum. Quis satis Thebas fleat?  
 Ferax Deorum terra quem Dominum tremat?  
 E cujus arvis, eque fecundo sinu  
 Stricto juvenus orta cum ferro stetit:  
 Cujusque muros natus Amphion Jove  
 Seruxit, canoro saxa modulatu trahens.  
 In cujus urbem non semel Divum parens  
 Cælo relicto venit. Hæc, qua calites  
 Recepit, & qua fecit, & (fas sit loqui)  
 Fortasse faciet, sordida premitur jugo.  
 Cadmea proles, atque Ophionius cinis  
 Quò decidistis? Tremitis ignavum exulem,  
 Suis carentem sinibus, nostris gravem:  
 Qui scelera terrâ, quique persequitur mari,  
 Ac seva justâ sceptrâ confregit manu,  
 Nunc servit absens, fertque, qua fieri vetat,  
 Tenetque Thebas exul Herculeas Lycus.  
 Sed non tenebit. Aderit, & penas petet,  
 Subitisque ad astra emerget, inveniet viam,  
 Aut faciet. Adsis sospes, & remees tuis,  
 Tandemque venias victor ad victam domum.  
 Emerge conjux, atque dispulsas manu

Abrumpe tenebras : nulla si veitro via,  
 Iterque ilausum est, orbe diducto redi,  
 Et quidquid atra nocte possessum latec,  
 Emitte tecum, dirutis qualis jugis,  
 Præceps citato flumini quarens iter,  
 Quondam dedisti; scissa cum vasto impetu  
 Patere tempe, pectore impulsus tuo  
 Huc mons & illuc cecidit, & rupto aggeræ  
 Novâ cucurrit Thessalus torrens viâ:  
 Talis parentes, liberos, patriam petens,  
 Eriempe, rerum terminos tecum efferens,  
 Et quidquid avida tor per annorum gradus  
 Abscondit atas, redde, & oblitos sui,  
 Lucisque pavidos ante te populos age.  
 Indigna te sunt spolia, si tantum refers,  
 Quantum imperatum est. Magna sed nimium  
 loquor

Ignara nostra fortis. Unde illum mihi,  
 Quo te, tuamque dexteram amplectar, diem  
 Reditusque lentos, nec mei memores querar?  
 Tibi, O Deorum ductor! indomiti ferent  
 Centena Tauri colla: tibi frugum parens!  
 Secreta reddam sacra, tibi multâ fide  
 Longas Eleusi tacita jactabo faces.  
 Tum restitutas fratribus rebor meis  
 Animas, & ipsum regna moderantem sua  
 Florere Patrem. Si qua te major tenet  
 Clausum potestas, sequimur, aut omnes tuo  
 Defende reditu sospes, aut omnes trahere.  
 Trahes, nec ullus eriget fractos Deus.  
 AMP. O socia nostri sanguinis, castâ fide  
 Servans, torum, natiq; magnanimi Herculis,

*Meliora mente concipe, atque animum excita,  
 Aderit profecto, qualis ex omni solet  
 Labore major. MEG. Quod nimis miseri volunt,  
 Hoc facile credit. AMP. Immo quod metuant nimis  
 Nunquam amoveri posse nec tolli putant.  
 Prona est timori semper in pejus fides.  
 MEG. Demersus ac defossus ac toto insuper  
 Oppressus orbe, quam viam ad superos habet?  
 AMP. Quam tunc habebat, cum per arenam plagam  
 Et fluctuantes, more turbati maris,  
 Abiit arenas, bisque discedens fretum,  
 Et bis recurrens, cumque deserta rate.  
 Deprænsus hastæ syrtium brevibus vadis,  
 Et puppe fixâ maria superavit pedes.  
 MEG. Iniqua rarò maximis virtutibus  
 Fortuna parcat. Nemo se tutò diu  
 Periculis offerre tam crebris potest.  
 Quem sæpe transit casus, aliquando invenit.  
 Sed ecce savus, ac minas vultu gerens,  
 Et qualis animo est, talis incessu venit,  
 Aliena dextrâ sceptrâ concutiens Lycus,  
 Urbis regens opulenta Thebana loca,  
 Et omne quicquid uberi cingit solo  
 Obliqua Phocis, quicquid Ismenus rigat,  
 Quicquid Cithæron vertice excelso videt,  
 Et bina findens Isthmos exilis freta.*

LYCUS, MEGARA, AMPHITRYON.

*Non vetera patria jura possideo domus,  
 Ignavus heres: nobiles non sunt mihi  
 Avi, nec altis inclitum titulis genus,  
 Sed clara virtus: qui genus jactat suum,*

*Alicia*

*Aliena laudat. Rapta sed trepidâ manu* 33  
*Sceptra obtinentur : omnis in ferro est salus.* 33  
*Quod civibus tenere te invitis scias,* 33  
*Strictus tuetur ensis : alieno in loco* 33  
*Haud stabile regnum est, una sed nostras potest*  
*Fundare vires, juncta regali face,*  
*Thalamisque Megara: ducet è genere inclito*  
*Novitas colorem nostra : non equidem reor*  
*Fore ut recuset, ac meos spernat toros.*  
*Quod si impotenti pertinax animo abnuet,*  
*Stat tollere omnem penitus Herculeam domum.*  
*Invidia fastum ac sermo popularis premet :*  
*Ars prima regni est, posse te invidiam pati.*  
*Tentemus igitur : fors dedit nobis locum,*  
*Namque ipsa, tristi vestis oblectu caput*  
*Velata, juxta praesides astat deos,*  
*Lacrique adharet verus Alcida sator.*  
 ME. *Quidnam iste nostri generis exitium ac lues,*  
*Novi parat? quid tentat? LY. O clarum irahens*  
*A stirpe nomen regia, facilis mea*  
*Parumper aure verba patienti excipe.*  
*Si aeterna semper odia mortales agant,* 33  
*Nec coeptus unquam cedat ex animis furor,* 33  
*(Sed arma felix teneat, infelix pareat)* 33  
*Nihil relinquent bella : tum vastis ager* 33  
*Squallebit aruis, subditâ tectis face*  
*Altus sepulcras obruet gentes cinis.*  
*Pacem reduci velle, victori expedit,* 33  
*Victo necesse est. Particeps regno veni,* 33  
*Sociemus animos, pignus hoc fidei cape,*  
*Continge dextram: quid truci vultu files?*  
 ME. *Egon' ut parentis sanguine aspersam manum,*  
 Fra-

Fratrumque gemina cade contingam? prius  
 Extinguet ortus, referet occasus, diem.  
 Pax antè fida nivibus & flammis erit,  
 Et Scylla Siculum junget Ausonio latus:  
 Priusque multò vicibus alternis fugax  
 Euripus, unda stabit Euboica piger.  
 Patrem abstulisti, regna, germanos, larem,  
 Patriam, quid ultra est? una res superest mihi,  
 Fratre ac parente charior, regno ac lare,  
 Odium tui. Quod esse cum populo mihi  
 Commune doleo, pars quota ex isto mea est?  
 Dominare tumidus, spiritus altos gere:  
 Sequitur superbos ultor à tergo Deus.  
 Thebana novi regna. Quid matres loquar  
 Passas & ausas scelera? quid geminum nefas,  
 Mistumque nomen conjugis, nati, patris?  
 Quid bina Fratrum castra, quid totidem rogos?  
 Riget superba Tantalus luctu parens,  
 Mcestusque Phrygio manat in Sipylo lapis.  
 Quin ipse torvum subrigens crista capus  
 Illyrica Cadmus regna permensus fuga,  
 Longas relinquit corporis tracti notas.  
 Hac te manent exempla, dominare ut lubet,  
 Dum solita regni fata te nostri vocent.  
 LY. Agedum efferatas rabida voces amove,  
 Et disce regum imperia ab Alcide pati.  
 Ego rapta quamvis sceptrà victrici gerans  
 Dextra, regamque cuncta sine legum metu,  
 Quas arma vincunt, pauca pro causa loquar  
 Nostra: cruento cecidit in bello Pater,  
 Cecidère fratres: arma non servant modum: 55  
 Nec temperari facile, nec reprimi potest 55

Stricti ensis ira: bella delectat cruor.  
 Sed ille regno pro suo: nos improba  
 Cupidine aeti. queritur belli exitus,  
 Non causa: sed nunc pereat omnis memoria,  
 Cum victor arma posuit, & victum decet  
 Deponere odia: non, ut inflexo genu  
 Regnantem adores, petimus: hoc ipsum placet,  
 Animo ruinas quod capis magno tuas.  
 Es rege conjunx digna, sociemus toros.  
 ME. Gelidus per artus vadit exangues tremor:  
 Quod facinus aures pepulit, haud equidem horruis,  
 Cum pace rupta bellis us muros fragor  
 Circumsonaret, periculi intrepidè omnia:  
 Thalamos tremisco, capta nunc videor mihi.  
 Gravent catena corpus, & longa fame  
 Mors protrahatur lenta, non vincet fidem  
 Vis ulla nostra, morior Alcide tua.  
 LY. Animòsne mersus inferis conjux facit?  
 ME. Inferna tetigit, posset ut supera assequi.  
 LY. Telluris illum pondus immensa premit.  
 ME. Nullo premetur onere, qui cœlum tulit.  
 LY. Cogère. ME. Cogi qui potest, nescit mori.  
 LY. Effare, thalamis quod nobis potius parem  
 Regale munus. ME. aut tuam mortem aut meam.  
 LY. Moriere demens. ME. conjugii occurrat meo.  
 LY. Sceptroque nostro potior est famulus tibi?  
 ME. Quot iste famulus tradidit reges neci?  
 LY. Cur ergo regi servit, & paritur jugum?  
 ME. Imperia dura tolle, quid virtus erit?  
 LY. Objici feris monstrisque virtutem putas?  
 ME. Virtutis est domare, qua cuncti pavent.  
 LY. Tenebra loquentem magna tartarea premunt.

ME. Non

ME. Non est ad astra mollis è terris via.

LY. Quo patre genitus, cœlitum penetret domos?

AM. Miseranda conjux Herculis magni file,

Partes mea hæ sunt, reddere Alcida patrem,

Genusque verum: post tot ingentis viri

Memoranda facta, postque pacatum manis

Quodcunque Titan ortus & labens videt,

Post monstra tot perdomita, post Phlegram impio

Sparsam cruore, postque defensos Deos,

Nondum liquet de patre? mentimur Jovem?

Junonis odio credo. LY. quid violas Jovem?

Mortale cœlo non potest jungi genus.

AM. Communis ista pluribus causa est deis.

LY. Famuli ne fuerant antè, quàm fierent Dei?

AM. Pastor Phœros Delius pavit greges.

LY. Sed non per omnes exal erravit plagas.

AM. Quem profuga terrâ Mater erranti edidit.

LY. Num monstra, sevas Phœbus aut immit feras?

AM. Primus sagittas imbuat Phœbi Draco.

Quam gravia parvus tulerit, ignoras mala,

E matris utero fulmine ejectus puer?

Mox fulminanti proximus patri stetit.

Quid? qui gubernat astra, qui nubes quatit,

Num latuit infans rupis exesa specu?

Sollicita tanti precia natales habent,

Semperque magno constitit, nasci Deum.

LY. Quemcunq; miserum videris, hominem scias.

AM. Quemcunq; fortem videris, miserum neges.

LY. Fortem vocemus, cujus ex humeris Leo

Donum puella factus, & clava excidit,

Fulsitque pictum veste Sidonia latius?

Fortem vocemus cujus horrentes comæ



Maduere nardo? laude qui notas manus  
 Ad non virilem tympani movit sonum,  
 Mitra ferocem barbaram frontem premens?  
 AM. Non erubescit Bacchus effusos tener  
 Sparsisse crines, nec manu molli levem  
 Vibrasse thyrsum, cum parum forti gradum  
 Auro decorum, syrma barbaricum trahit.  
 Post multa virtus opera laxari solet.

LY. Hoc Euryti fatetur everse domus,  
 Pecorumque ritu virginum oppressi greges,  
 Hoc nulla funo, nullus Eurystheus jubet.  
 Ipsius hac sunt opera. AM. Non nosti omnia.  
 Ipsius opus est, castibus fractus suis  
 Eryx, & Eryci junctus Antaeus Libys,  
 Et qui hospitali caede manentes foci  
 Bibere justum sanguinem Busiridis.  
 Ipsius opus est, vulnere & ferro obvius  
 Mortem coactus ante Geryonem pati,  
 Nec unus una Geryon est victus manu.  
 Eris inter istos, qui tamen nullo stupro  
 Laesere thalamos LY. Quod Jovi, hoc regi licet:  
 Jovi dedisti conjugem, regi dabis,  
 Et te magistro, non novum hoc discet nurus,  
 Etiam viro probante meliorem sequi:  
 Sin copulari pertinax tadis negat,  
 Vel ex coacta nobilem partum feram.  
 ME. Umbra Creontis, & penates Labdaci,  
 Et nuptiales impii Oedipoda faces,  
 Nunc solita nostro fata conjugio date.  
 Nunc nunc cruenta regis Aegypti nurus  
 Adeste, multo sanguine infecta manus.  
 Deest una numero Danais, explebo nefas.

B

LY. Con-

LY. *Conjugia quoniam pervicax nostra abnuis,  
Regemque terras, sceptrum quid possint, scies.  
Complectere aras, nullus eripiet Deus  
Te mihi: nec orbe si remolito queat  
Ad supera victor numina Alcides vehi.  
Congerite silvas, templa supplicibus suis  
Injecta flagrent: conjugem, & totum gregem  
Consumat unus igne subiecto rogas.*

AM. *Hoc munus à te genitor Alcide peto,  
Rogare quod me deceat, ut primus cadam.*

LY. *Qui morte cunctos luere supplicium jubet,  
Nescit tyrannus esse, diversa irroga:*

*Miserum veta perire, felicem jube.*

*Ego, dum cremandis trabibus accrescit rogas,  
Sacro regentem maria votivo rogem.*

AM. *Prò naminum vis summa, prò cœlestium*

*Rector parénsque, cujus excussis tremunt  
Humana telis, impiam regis feri*

*Compesce dextram: quid Deos frustra precor?*

*Ubique es, audi nate: cur subito labant*

*Agitata motu templa? cur mugit solum?*

*Infernus imo sonuit è fundo fragor?*

*Audimur, en est sonitus Herculei gradus.*

### CHORUS.

Choriambici Tetrametri.

**O** *Fortuna viris invida fortibus,  
Quam non aqua bonis premia dividis  
Eurystheus facili regnet in ocio,  
Alcmenâ genitus bella per omnia  
Monstris exagitet cœliferam manum,  
Serpentis resceat colla ferocia,*

Decep-

Deceptis referat m<sup>a</sup>la sororibus.  
 Cum somno dederit pervigiles genas  
 Pomis divitibus prepositus draco.  
 Intravit Scythia multivagas domos,  
 Et gentes patrii sedibus hospitas,  
 Calcavitque freti terga rigentia,  
 Et mutis tacitum littoribus mare.  
 Illic dura carent aquora fluctibus,  
 Et qua plena rates carbasa tenderant,  
 Intonsis teritur semita Sarmatis:  
 Siat pontus vicibus mobilis annuis,  
 Navem nunc facilis, nunc equitem pati.  
 Illic qua viduis gentibus imperat,  
 Aurato religans ilia baltheo,  
 Detraxit spoliis nobile corpori,  
 Et peltam, & nivei vincula pectoris,  
 Victorem posito suspiciens genu.  
 Qua spe precipites actus ad inferos  
 Audax ire vias irremeabiles,  
 Vidisti Sicula regna Proserpina?  
 Illic nulla noto, nulla favonio  
 Consurgunt tumidis fluctibus aquora,  
 Non illic geminum Tyndarida genus  
 Succurrunt timidis sidera navibus.  
 Stat nigro pelagus gurgite languidum,  
 Et cum mors avidis pallida dentibus  
 Gentes innumeras manibus intulit,  
 Uno tot populi remige transeunt.  
 Evincas utinam iura fera Stygis,  
 Partarumque colos irrevocabiles.  
 Hic qui Rex populis pluribus imperat,  
 Bello cum peteres Nestoream Pylon,

Tecum conseruit pestiferas manus ,  
 Telum tergemina cuspide preferens .  
 Effugit tenui vulnere saucius ,  
 Et mortis Dominus pertimuit mori .  
 Fatum rumpe manu : tristibus inferis  
 Prospectus pateat lucis , & inuis  
 Limes det faciles ad superos vias .  
 Immites potuit flectere cantibus  
 Umbrarum Dominos , & prece supplicis  
 Orpheus , Eurydicen dum repetit suam .  
 Qua silvas , & aves , saxaque traxerat  
 Ars , qua prabuerat fluminibus moras ,  
 Ad cuius sonitum constiterant fera :  
 Mulcet non solitis vocibus inferos ,  
 Et surdis resonat clariùs in locis .  
 Deslent & lachrymis difficiles Dei .  
 Et qui fronte nimis crimina tetrica  
 Querunt , ac veteres excutiunt reos :  
 Deslent Eurydicen Threicia nurus ,  
 Flentes Eurydicen iuridici sedent .  
 Tandem mortis , ait , vincimur , arbiter ,  
 Evade ad superos , lege tamen data ,  
 Tu post terga tui perge viri comes ,  
 Tu non antè tuam respice conjugem ,  
 Quàm cum clara Deos obtulerit dies ,  
 Spartanique aderit janua Tanari .  
 Odit verus amor , nec patitur , moras :  
 Munus dum properat cernere , perdidit .  
 Qua vinci potuit regia cantibus ,  
 Hac vinci poterit regia viribus .

## ACTUS TERTIUS.

## HERCULES.

**O** Lucis alme rector, & cœli decus,  
 Qui alterna curru spatia flammifero ambiens,  
 Illustre latis exeris terris caput:  
 Da Phœbe veniam, si quid illicitum tui  
 Videre vultus, jussus in lucem extuli  
 Secreta mundi: tūque cœlestūm arbiter  
 Parēnsque, visus fulmine opposito tege:  
 Et tu secundo maria qui sceptro tegis,  
 Imas pete undas: quisquis ex alto aspiciet  
 Terrena, facie pollui metuens nova,  
 Aciem reflectat, ora que in cœlum erigat,  
 Portenta fugiens. Hoc nefas cernant duo,  
 Qui advexit, & qua jussit: in pœnas meas  
 Atque in labores non satis terra patent,  
 Junonis odio: vidi inaccessa omnibus,  
 Ignota Phœbo, quaque deterior polus  
 Obscura diro spatia concessit fovi.  
 Et si placerent tertiæ sortis loca,  
 Regnare potui: noctis aternæ chaos,  
 Et nocte quiddam gravius, & tristes Deos,  
 Et fata vici, morte contempta redii.  
 Quid restat aliud? vidi, & ostendi inferos.  
 Da, si quid ultra est: nam diu pateris manus  
 Cessare nostras. Juno, quid vinci jubes?  
 Sed templa quare milos infestus tenet,  
 Limēnque sacrum terror armorum obsidet?

AMPHITRYO, HERCULES,  
THESEUS.

**U**trūmne visus vota decipiunt meos?  
An ille domitor orbis, & Grajūm decus,  
Tristi silentūm nubilo liquit domum?

Estne ille natus? membra letitia stupent,  
O nate, certa & sera Thebarum salus,  
Verūmne cerno corpus, an faller tua  
Deceptus umbra? tūne es? agnosco toros,  
Humerosque, & alto nobilem tranco manum.

HER. Unde iste, genitor, squallor, & lugubribus  
Amicta conjux? unde tam fœdo obsiti  
Padore nati? qua domum clades gravat?

AM. Socer est peremptus, regna possidet Lycus,  
Natos, parentem, conjugem letho petit.

HER. Ingrata tellus, nemo ad Herculeam domū  
Auxilia vēnit? vidit hoc tantum nefas  
Defensus orbis? cur diem questu tero?

Maetetur hostis. TH. hanc ferat virtus notam,  
Fiatque summus hostis Alcida Lycus,  
Ad hauriendum sanguinem inimicum feror.

HER. Thesem resiste, nequa vis subita ingruat,  
Me bella poscunt, differ amplexus parens,  
Conjuxque differ, nunciet Diti Lycus

Me jam redisse. TH. Flebilem ex oculis fugam  
Regina vultum, tūque nato sospite

Lachrimas cadentes reprime: si novi Herculem,  
Lycus Creonti debitas pœnas dabit.

Lentum est, dabit: dat, hoc quoque est lentum, dedit.

AM. Votum secundet, qui potest, nostrum Deus,  
Rebusque lassis adsit, ô magni comes

Mag-

*Magnanime nati, pande virtutum ordinem:  
Quam longa mœstos ducat ad manes via,  
Ut vincla tulerit dura tartareus canis.*

THE. *Memorare cogis acta, secunda quoque,  
Horrenda menti: vix adhuc certa est fides  
Vitalis aura, torpet acies luminum,  
Hebetésque visus vix diem insuetum ferunt.*

AM. *Pervince Theseu quidquid alto pectore  
Remanet pavoris, néve te fractu optimo  
Frauda laborum: quod fuit durum pati,  
Meminisse dulce est: fare casus horridos.*

TH. *Fas omne mundi, téque dominantem precor  
Regno capaci, téque quam tota irrita  
Quæsit Enna Mater, ut jura abdita  
Et operta terris, liceat impunè eloqui.  
Spartana tellus nobile attollit jugum,  
Densis ubi equor Tanarus silvis premit,  
Hic ora solvit Ditis invisæ domus,  
Hiátque rupes alta, & immenso specu  
Ingens vorago faucibus vastis patet,  
Latúmque pandit omnibus populis iter.  
Non ceca tenebris incipit primò via:  
Tenuis relicta lucis à tergo nitor,  
Fulgórque dubius solis afflicti cadit,  
Et ludit aciem: tale non dubiè solet  
Præbere lumen primus, aut serus dies.  
Hinc ampla vacuis spatia laxantur locis,  
In qua omne mersum pereat humanum genus.  
Nec ire labor est, ipsa deducit via:  
Ut sæpe puppes æstus invitas rapit,  
Sic pronus agger urget, atque avidum chaos,  
Gradúmque retro flectere haud unquam sinunt*

Umbra tenaces : intus immenso sinu  
 Placido quæta labitur Lethe vado,  
 Demitque curas : neve remeandi amplius  
 Pateat facultas, flexibus multis gravem  
 Involuit animum : qualis in certâ vagus  
 Meander unda ludit, & cedit sibi,  
 Instatque dubius, lituus an fontem petat.  
 Palus inertis fœda Coeysi jacet,  
 Hic vultur, illic luctifer bubo gemit,  
 Oménque triste resonat infaustra strigis:  
 Horrent opaca fronde nigrandes corna,  
 Taxo imminente, quam tenet segnis sopor,  
 Famésque mœsta tabido rictu jacens,  
 Pudorque serus conscios vultus regit,  
 Metus, pavôrque, funus, & frendens dolor,  
 Atérque luctus sequitur, & morbus tremens,  
 Et cuncta ferro bella : in extremo abdita  
 Iners senectus adiuvat baculo gradum.

AM. Estné aliqua tellus Cereris aut Bacchi ferax?

TH. Non prata viridi lata facie germinant,  
 Nec adulta leni fluctuat zephyro seges:  
 Non ulla ramos silva pomiferos habet,  
 Sterilis profundi vastitas squallet soli,  
 Et fœda tellus torpet aeterno situ,  
 Rerúmque mœstus finis, & mundi ultima,  
 Immotus aer hæret, & pigro sedet  
 Nox atra mundo, cuncta mœrore horrida,  
 Ipsaque moris peior est moris locus.

AM. Quid ille, opaca qui regit sceptro loca,  
 Qua sede positus temperat populos leves?

TH. Est in recessu Tartari obscuro locus,  
 Quem gravibus umbris spissa caligo alligat.

A fon-



A fonte discors manat hinc imo latex  
 Ater, quieto similis: hunc jurant Dei,  
 Tacente sacram devehens fluvio Styga.  
 At hic tumultu rapitur ingenti ferox,  
 Et saxa fluctu voluit Acheron, invius  
 Renavigari, cingitur duplici vado,  
 Adversa Ditis regia, atque ingens domus  
 Umbrante luco tegitur. Hic vasto specu  
 Pendent tyranni limina: hoc umbris iter,  
 Hac porta regni. Campus hanc circa jacet,  
 In quo superbo digerit vultu sedens  
 Animas recentes, dira majestas Deo:  
 Frons torva, Fratrum qua tamen specimen gerat,  
 Gentisque tanta: vultus est illi Jovis,  
 Sed Fulminantis. Magna pars regni trucidis  
 Est ipse Dominus, cujus aspectum timet,  
 Quidquid timetur. AM. Verane est fama, inferis  
 Tam sera reddi jura, & oblitos sui  
 Sceleris, nocentes debitas pœnas dare?  
 Quis iste veri rector, atque æqui arbiter?  
 TH Non unus altâ sede quasi or sedens,  
 Judicia trepidis sera sortitur reis.  
 Auditur illo Cnossius Minos foro,  
 Radamanthus illo, Thetidis hoc audit socer.  
 Quod quisque fecit, patitur, auctorem scelus 22  
 Repetit, suoque premitur exemplo nocens. 22  
 Vidi cruentos carcere includi duces,  
 Et impotentis terga plebeia manu  
 Scindi tyranni: quisquis est placidè potens 23  
 Dominusque vite, servat innocuas manus, 23  
 Et incruentum mihi imperium regit, 23  
 Animòque parcit: longa permensus diis 23

*Felicis avi spatia, vel cœlum petit,  
 Vel lata felix nemoris Elysi loca.*  
*Judex futurus sanguine humano abstine,  
 Quicumque regnas, scelera taxantur modo  
 Majore nostra. AM. certus inclusos tenet  
 Locus nocentes, utque fert fama, impios  
 Supplicia vinclis sava perpetuis domant?*  
*TH. Rapitur volucris tortus Ixion rota,  
 Cervice saxum grande Sisyphia sedet,  
 In amne medio faucibus siccis senex  
 Sectatur undas, abluit mentum latex,  
 Fidémque cum jam saepe deceptio dedit,  
 Perit unda, in ore poma destituunt famem.  
 Præbet volucris Tityus aternas dapes,  
 Urnâsque frustra Danaïdes plenas ferunt.  
 Errant furentes impia Cadmeïdes,  
 Terrêtque mensas avida Phineas avis.*  
*AM. Nunc ede nati nobilem pugnam mei,  
 Patruï volentis munus, an spoliū refert?*  
*TH. Ferale tardis imminet saxum vadis,  
 Stupente ubi unda segne torpescit fretum,  
 Hunc servat amnem cultu & aspectu horridus,  
 Pavidôsque manes squallidus gestat senex,  
 Impexa pendet barba, deformem sinum  
 Nodus coercet, concava squallent gene,  
 Regit ipse conto portitor longo ratem,  
 Hic onere vacuam littori puppim applicans  
 Repetebat undas, poscit Alcides viam  
 Cedente turba. Dirus exclamat Charon,  
 Quò pergis audax? siste properantem gradum.  
 Non passus ullas natus Alcmenâ moras,  
 Ipso coactum navi dum conto domas,*

*Scanditque puppem : cymba populorum capax,  
 Succumbit uni, sedit : & gravior raris,  
 Utrinque Leihen latere titubato bibit.  
 Tunc vasta trepidant monstra, Centauri truces  
 Lapithaque, multo bella succensî mero.  
 Stygiæ paludis ultimos quærens sinus  
 Fœcunda mergit capita Lernæus labor.  
 Post hac avari Ditis appâret domus,  
 Hic sævus umbras territat Stygius canis,  
 Qui terna vasto capita concutiens sono,  
 Regnum tuetur, sordidum tabo caput  
 Lambunt colubri, viperis horrent juba,  
 Longûsque tortæ sibilat cauda draco,  
 Par ira forma : sensit ut motus pedum,  
 Attollit hirtas angue vibrato comas,  
 Misîumque captat aure subjecta sonum.  
 Sentire & umbras solitus : ut propior stetit  
 Jove natus, antro cedit incertus canis,  
 Et utræque timuit : ecce latratu gravi  
 Loca muta terret, sibilat totos minax  
 Serpens per armos, vocis horrendæ fragor  
 Per ora missus terna, felices quoque  
 Exterret umbras, solvit à lava feros  
 Tunc ipse rictus, & Cleoneum caput  
 Opponit, ac se tegmine ingenti clepit,  
 Victrice magnum dextera robur gerens.  
 Huc nunc & illuc verbere assiduo rotat,  
 Ingeminat ictus : domitus infregit minas,  
 Et cuncta lassus capita submisit canis,  
 Antroque toto cessit : extimuit sedens  
 Uterque solio Dominus, & duci jubet.  
 Me quoque petenti munus Alcida dedit.*

Tunc

Tunc gravia monstri colla permulcens manus  
 Adamante texto vincit: oblitus sui  
 Custos opaci pervigil regni canis,  
 Componit aures timidus, & patiens trahi,  
 Herúmque fassus, ore submisso obsequens,  
 Uerumque cauda pulsat anguifera latus.  
 Postquam est ad oras Tenari ventum, & nitor  
 Percussit oculos lucis ignota, bonos  
 Resumit animos vinctus, & vastas furens  
 Quassat catenas, penè vectorem abstulit,  
 Pronúmque retro vexit, & movit gradu.  
 Tunc & meas respexit Alcides manus,  
 Geminis uterque viribus tractum canem,  
 Ira furentem, & bella tentantem irrita  
 Intulimus orbi. Vidit ut clarum athera,  
 Et pura nitidi spatia conspexit poli:  
 Oborta nox est, lumina in terram dedit,  
 Compressit oculos, & diem in visum expulit,  
 Aciémque retro flexit, atque omni petit  
 Cervice terram: tum sub Herculea caput  
 Abscondit umbra, densa sed leto venit  
 Clamore turba, frontibus laurum gerens,  
 Magnique meritas Herculis laudes canit.

## C H O R U S.

Sapphici & choriambici trimetri.

**N**atus Eurystheus properante partu,  
 Fusserat mundi penetrare fundum:  
 Deerat hoc solum numero laborum,  
 Tertia regem spoliare sortis.  
 Ausus est cacos aditus inire,  
 Ducit ad manes via quà remotos

Tristis,

Tristis, & silvâ metuenda nigrâ.  
 Sed frequens, magna comitante turba,  
 Quantus incedit populus per urbes  
 Ad novi ludos avidus theatri:  
 Qualis Eleum coit ad Tonantem,  
 Quanta cum sacrum revocavit aestas?  
 Quanta, cum longa redit hora noctis,  
 Crescere & somnos cupiens quietos  
 Libra, Phœbeos tenet aqua currus,  
 Turba secretam Cererem frequentat:  
 Et citi tectis properant relictis,  
 Attici noctem celebrare mysta.  
 Tanta per campos agitur silentes  
 Turba: pars tardâ gradiens senectâ,  
 Tristis, & longâ satiata vitâ:  
 Pars adhuc currit melioris ævi,  
 Virgines nondum thalamis jugata,  
 Et comis nondum positis ephēbi,  
 Matris & nomen modò doctus infans:  
 His datum solis, minus ut timerent,  
 Igne prælato relevare noctem.  
 Cateri vadunt per opaca tristes.  
 Qualis est nobis animus remota  
 Luce, cum mæstus sibi quisque sensit  
 Obrutum totâ caput esse terrâ.  
 Stat chaos densum, tenebraque turpes,  
 Et color noctis malus, ac silentis  
 Ocium mundi, vacuaque nubes,  
 Sera nos illò refrat senectus.  
 Nemo ad id serò venit, undè nūquam  
 Cum semel venit, potuit reverti.

39

39

Quid

Quid iuvat durum properare fatum?  
 Omnis hac magnis vaga turba terris  
 Ibit ad manes, faciétque inertis  
 Vela Cocyto: tibi crescit omne,  
 Et quod occasus videt, & quod ortus.  
 Parce venturis, tibi, mors, paramur:  
 Sis licet segnis, properamus ipsi.  
 Prima, qua vitam dedit, hora carpsit.  
 -- Thebis lata dies adest,  
 Aras tangite supplices,  
 Pingues cadite victimas.  
 Permista maribus nurus  
 Solennes agitent choros,  
 Cessent deposito iugo  
 Arvi fertilis incola,  
 Pax est Herculeæ manu  
 Auroram inter, & Hesperum.  
 Et quâ sol medium tenens  
 Umbras corporibus negat.  
 Quodcumque abluitur solum  
 Longo Thyos ambitu  
 Alcida domuit labor.  
 Transvectus vada Tartari,  
 Pacatis redit inferis.  
 Jam nullus superest timor,  
 Nil ultra jacet inferos.  
 Stantes sacrificus comas  
 Dilectâ rege populo.

## ACTUS QUARTUS.

HERCULES, THESEUS,  
AMPHITRYO, MEGARA.

**U**ltrice dextra fusus aduerso Lycus  
Terram petiuit ore : tum quisquis comes :  
Fuerat tyranni , jacuit & pœna comes.  
Nunc sacra Patri victor , & superis feram ,  
Casisque meritas victimis aras colam.  
Te te laborum socia & adiutrix precor  
Belligera Pallas , cuius in lava ciet  
Aegis feroces ore saxifico minas :  
Adsit Lycurgi domitor , & rubri maris  
Tectam virenti cuspide thyrso gerens ,  
Geminumque numen Phœbus , & Phœbi soror :  
Soror sagittis aptior , Phœbus lyra ,  
Fratérque quisquis incolit cœlum meus ,  
Non ex noverca Frater : huc appellite  
Greges opimos , quicquid Indorum seges ,  
Arabésque odoris quicquid arboribus legunt ,  
Conferte in aras , pinguis exsudet vapor ,  
Populea nostras arbor exornet comas :  
Te ramus oleæ fronde gentili tegat  
Theseu : Tonantem nostra adorabit manus.  
TH. Dii conditores urbis , & silvestria  
Trucis antra Ceti , nobiles Dirces aquas ,  
Larémque regis qui advena Tyrium colis ,  
Date thura flammis. AMP. Nate , manantes prius  
Manus cruenta cade & hostili , expia.  
HER. Utinam cruorem capitis inuisi Deis  
Libare possem , gratior nullus liquor

Tinx-

Tinxisset aras : victima haud ulla amplior  
 Potest, magisque opima mactari fovi,  
 Quam Rex iniquus. AMP. Finiat genitor tuos  
 Opta labores, detur aliquando ocium  
 Quiésque fessis. HER. Ipse concipiam preces  
 Fove, meque dignas : stet suo cœlum loco,  
 Tellusque & aether, astra inoffensos agant  
 Aeterna cursus, alta pax gentes alat,  
 Ferrum omne teneat ruris innocui labor,  
 Ensésque lateant, nulla tempestas fretum  
 Violenta turbet, nullus irato fove  
 Exiliat ignis, nullus hiberna nive  
 Nutritus agros amnis everfos trahat,  
 Venena cessent, nulla nocituro gravis  
 Succo tumescat herba, non savi ac truces  
 Regnent tyranni, siquod etiamnum est scelus  
 Latura tellus, properet, & si quod parat  
 Monstrum, meum sit : sed quid hoc ? medium diem  
 Cinxere tenebrae, Phœbus obscuro meat  
 Sine nube vultu : quid diem retro fugat,  
 Agitque in ortus ? unde nox atrum caput  
 Ignota profert ? unde tot stellæ polum  
 Implent diurna ? primus en noster labor  
 Cœli refalget parte non minima Leo,  
 Iræque totus fervet, & morsus parat.  
 Jam rapiet aliquod sidus, ingenti minax  
 Stat ore, & ignes efflat, & rutilat, jubam  
 Cervicè jactans. Quicquid autumnus gravis,  
 Hiemsque gelido frigida spacio refert,  
 Uno impetu transiliet, & verni peret  
 Frangétq; Tauri colla, AM. Quod subitum hoc ma-  
 lum est ?



Quò natè vultus huc & huc acres refers ?  
Acieque falsum turbida cœlum vides ?

HER. Perdomita tellus, tumida cesserunt freta,  
Inferna nostros regna sensere impetus,  
Immune cœlum, est dignus Alcida labor.  
In alta mundi spatia sublimis ferar,  
Petatur aether, astra promittit Pater.

Quid si negaret ? non capit terra Herculem,  
Tandemque superis reddit. En ultro vocas  
Omnis Deorum cœtus, & laxat fores,  
Una vetante : recipis & reseras polum.

An contumacis januam mundi traho,  
Dabitur etiam ? vincula Saturno exuam,

Contraque patris impii regnum impotens

Avum resolvam : bella Titanes parent

Me duce furentes, saxa cum silvis feram,

Rapiamque dextrâ plena Centauris jugâ.

Jam monte gemino limitem ad superos agam.

Videat sub Ossa Pelion Chiron suum,

In cœlum Olympus tertio positus gradu

Perveniat, aut mittatur. AMP. infandos procul

Averte sensus : pectoris sani parum,

Magnitamen, compeste dementem impetum.

HER. Quid hoc ? gigantes arma pestifera movent,

Profugit & umbras Tityus, ac lacerum gerens

Et inane pectus, quàm propè à cœlo stetit ?

Labat Citharon, alta Pallene tremat,

Marcéntque Tempe. Rapuit hic Pindi jugâ,

Hic rapuit Oeten, sævit horrendum Minas,

Flammifera Erinnyis verbere excusso sonat,

Rogisque adustas propius ac propius sudas

In ora tendit : sava Tisiphone caput

C

Serpent-

Serpentibus vallata post raptum canem,  
 Portam vacantem clausit opposita face.  
 Sed ecce proles regis inimici latet,  
 Lyci nefandum semen, inviso patri  
 Hac dextra jam vos reddet, excutiat leves  
 Nervus sagittas, tela sic mihi decet  
 Herculeæ. AMP. Quò se cecus invergit furor?  
 Vastum coactis flexit arcum cornibus  
 Pharetramque solvit, stridet emissa impetu  
 Arundo, medio spiculum collo fugit  
 Vulnere relicto. HER. Caeteram prolem eruan,  
 Omnesque latebras, quid moror? majus mihi  
 Bellum Mycenis restat, ut Cyclopea  
 Eversa manibus saxa nostris concidant.  
 Huc eat & illuc aula, disjecto obice,  
 Rumpatque postes, columnen impulsum labet:  
 Procumbat omnis regia: hic video abditum  
 Gnatum scelesti Patris. AM. En blandas manus.  
 Ad genua tendens voce miseranda rogat.  
 Scelus nefandum, triste, & aspectus horridum,  
 Dextra precantem rapuit, & circa furens  
 Bis ter rotatum misit: ast illi caput  
 Sonuit, cerebro terra disperso madet.  
 At misera parvum protegens natum sinu  
 Megara, furenti similis, è latebris fugit.  
 HER. Licet Tonantis profuga condaris sinu,  
 Petet undecunq; temet hac dextra, & feret.  
 AM. Quò misera pergis? quam fugam aut latebras  
 Nullus salutis Hercule infenso est locus: (petis?  
 Amplectere ipsum potius, & blanda prece  
 Lenire tenta. ME. Parce jam conjux precor,  
 Agnosce Megaram: natus hic vulnus tuos,  
Habi-

Habitūsq̄ reddit : cernis , ne tendat manus ?

HER. Reno novercam , sequere , da poenas mihi ,  
Fugōque pressum libera turpi fovem.

Sed ante Matrem parvulum hoc monstrum auferam.

ME. Quò tendis amens ? sanguinem fundes tuum ?

AM. Pavofactus infans igneo vultu Patris  
Perit ante vulnus , Spiritum rapuit pavor.

In conjugem nunc clava libratur gravis ,

Perfregit ossa , corpori trunco caput

Abest , nec usquam est. Cernere hoc audes nefas

Vivax senectus ? si piger luctus , habes

Mortem paratam , pectus in tela indue :

Vel stipitem istum , cade monstrorum illitum ,

Everte : falsum , ac nomini turpem tuo

Remove parentem , ne tua laudi obstrepat.

TH. Quò te ipse genitor obvium morti ingeris ?

Quò pergis amens ? profuge , & obiectus late ,

Unūque manibus aufer Herculeis scelus

HER. Bene habet , pudendi regis excisa est domus :

Tibi hunc dicatum maximi conjux Jovis

Gregem cecidi , vota persolvi libens

Te digna , & Argos victimas alias dabit.

AM. Nondum litasti nate , consumma sacrum :

Stat ecce ad aras hostia , expectat manum

Cervice prona , prabeo , occurro , insequor.

Maeta , quid hoc est ? errat acies luminum ,

Visusque mœror habet at ? an video Herculis

Manus trementes ? vultus in somnum cadit ;

Et fessa cervix capite summissa labat ,

Flexo genu : jam totus ad terram ruit ,

Ut casa silvis ornus , aut portus mari

Datura moles : vivis ? an letho dedit

Idem, tuos qui misit ad mortem, furor?  
 Sopor est, reciprocos Spiritus motus agit?  
 Detur quieti tempus, ut somno gravis  
 Vis victa morbi, pectus oppressum levet.  
 Removete famuli tela, ne repetat furens.

## CHORUS.

Anapæstici & duo Adonii.

**L**ugeat æther, magnusque Parens  
 Aetheris alti, tellusque ferax,  
 Et vaga ponti mobilis unda.  
 Tuque ante omnes, qui per terras,  
 Tractusque maris fundis radios,  
 Noctemque fugas ore decoro,  
 Fervide Titan: obitus pariter  
 Tecum Alcides vidit, & ortus,  
 Novitque tuas utrasque domos.  
 Solvite tantis animum monstris,  
 Solvite superi, rectam in melius  
 Flectite mentem: tuque o domitor  
 Somne malorum, requies animi,  
 Pars humana melior vita,  
 Volucre Matris genus Astrea,  
 Frater dura languide mortis,  
 Veris miscens falsa, futuri  
 Certus, & idem pessimus auctor.  
 Pater o rerum, portus vita,  
 Lucis requies, noctisque comes,  
 Qui par regi, famuloque venis,  
 Placidus fessum lenisque foves  
 Pavidum lethi, genus humanum,  
 Cogis longam discere mortem.

Preme devictum torpore gravi,  
 Sopor indomitus alliget artus:  
 Nec torva prius pectora linquat,  
 Quam mens repetat pristina cursum.  
 En fusus humi sava feroci  
 Corde volutat somnia, nondum est  
 Tanti pestis superata mali,  
 Clavaque gravi lassum solitus  
 Mandare caput, quarit vacuâ  
 Pondera dextrâ, motu jactans  
 Brachia vano. Nec adhuc omnes  
 Expulit astus: sed, ut ingenti  
 Vexata noto servat longos  
 Unda tumultus, & jam vento  
 Cessante tumet: pelle insanos  
 Fluctus animi, redeat pietas  
 Virtusque viro, vel sit potius  
 Mens vesano concita motu,  
 Error cacus, quâ cœpit, eat.  
 Solus te jam prestare potest  
 Furor insontem: proxima puris  
 Sors est manibus nescire nefas.  
 Nunc Herculeis percussa sonant  
 Pectora palmis, mundum solitos  
 Ferre lacertos verbera pulsant  
 Vitricæ manâ: gemitus vastos  
 Audiat æther, audiat atri  
 Regina poli, vastisque ferox  
 Qui colla gerit vincta catenis,  
 Imo latitans Cerberus antro.  
 Resonet mæsto clamore chaos,

Latiq̄ue patens unda profundi ;  
 Et, qui melius tua tela tamen  
 Senferat, ather.

Pectora tantis obsessa malis  
 Non sunt ictu ferienda levi.  
 Uno planctu tria regna sonent,  
 Et tu collo decus, ac telum  
 Suspensa diu, fortis arundo,  
 Pharetraque leves, date seua fera  
 Verbera tergo: cadant humeros  
 Robora fortes, stipésque potens  
 Duris oneret pectora nodis:  
 Plangant tantos arma dolores.  
 Non vos patriae laudis comites,  
 Ulti sauo vulnere reges:  
 Non Argivâ membra palastrâ,  
 Flêctere docti, fortes castu,  
 Fortésque manu, jam tamen ausu  
 Telum Scythici lave Coryti  
 Missum certa librare manu,  
 Turôsque fugâ figure cervos,  
 Nondâmque fera terga jubata,  
 Ite ad Stygios umbra portus,  
 Ite innocuae, quas in primo  
 Limine vita scelus oppressit,  
 Patriisq̄ue furor: ite infanstum  
 Genus, ô pueri noti, per iter  
 Triste laboris, ite iratos  
 Visite reges.

## ACTUS QUINTUS.

HERCULES, AMPHITRYO,  
THESEUS.

Q Uis hic locus? qua regio? qua mundi plaga?  
 Ubi sum? sub ortu solis, aut sub cardine  
 Glacialis urse? nunquid Hesperii maris  
 Extrema tellus hunc dat Oceano modum?  
 Quas trahimus auras? quod solum fesso subest?  
 Certè redimus, unde prostrata domo  
 Video cruenta corpora? an nondum exiit  
 Simulacra mens inferna, post reditus quoque  
 Oberrat oculos turba feralis meos?  
 Pudet fateri, paveo: nescio quod mihi,  
 Nescio quod animus grande praesagit malum.  
 Ubi est parens? ubi illa natorum grege  
 Animosa conjux? cur latus laevum vacat  
 Spolio Leonis? quònam abiit tegmen meum,  
 Idèmq; somna mollis Herculeo torus?  
 Ubi tela? ubi arcus? arma quis vivo mihi  
 Detrahere potuit? spolia quis tanta abstulit?  
 Ipsumque quis non Herculis somnum horruit?  
 Libet meum videre victorem, libet:  
 Exurge victor, quem novum cælo Pater  
 Genuit relicto? cujus incestu stetit  
 Nox longior, quàm nostra: quod cerno nefas?  
 Nati cruenta cade confecti jacent,  
 Perempta conjux. Quis Lycus regnum obrinet?  
 Quis tanta Thebis scelera moliri ausus est,  
 Hercule reverso? quisquis Ismeni loca,  
 Actæa quisquis arva, qui gemino mari

Pulsata Pelopis regna Dardanii colis,  
 Succurre, sava cladis auctorem indica,  
 Ruat ira in omnes: hostis est, quisquis mihi  
 Non monstrat hostem. Victor Alcida lates?  
 Procede, seu tu vindicas curru cruces  
 Thracis cruenti, seu tu Geryonis pecus,  
 Libyave dominos, nulla pugnandi mora est.  
 En nudus asto, vet meis armis licet  
 Petas inermem: cur meos Theseus fugit,  
 Patérque vultus? ora cur condunt sua?  
 Differto fletus. Quis meos dederit neci  
 Omnes simul, profare. Quid genitor files?  
 At tu ede Theseu, sed tua Theseu fide.  
 Uterque tacitus ora pudibunda obtegit,  
 Furtimque lacrimas fundit. In tantis malis  
 Quid est pudendum? nunquid Argiva potens  
 Dominator urbis? nunquid infestum Lyci  
 Pereuntis agmen clade nos tanta obruit?  
 Per te meorum facinorum laudem precor  
 Genitor, tuique nominis semper mihi  
 Numen secundum, fare quis fudit domum?  
 Cui preda jacui? AM. Tacita sic abeant mala,  
 HER. Ut inultus ego sim? AM. Sape vindicta obfuit.  
 HER. Quisquamne segnis tanta toleravit mala?  
 AM. Majora quisquis timuit. HER. his etiam Pater  
 Quidquam timere majus, aut gravius potest?  
 AM. Cladis tua pars ista, quam nosti, quota est?  
 HER. Miserere genitor, supplices tendo manus.  
 Quid hoc? manus refugit, hic errat scelus.  
 Unde hic cruor? quid illa puerili madens  
 Arundo leitho? tineta Lernæa nece?  
 Jam tela video nostra, non quero manus.



Qua potuit arcum flectere? aut qua dextera  
 Sinnare nervum vix recedentem mihi?  
 Ad vos revertor: genitor, hoc nostrum est scelus?  
 Tacuere: nostrum est. AM. Luctus est istic tuus,  
 Crimen noverca: casus hic culpa caret.  
 HER. Nunc parte ab omni genitor iratus tona,  
 Oblite nostri, vindica sera manu  
 Saltem nepetes: stelliger mundus sonet,  
 Flammâsque & hic & ille jaculetur polus,  
 Rupes ligatum Cassia corpus trahant,  
 Atque ales avida. Cur Promethei vacante  
 Scopuli? paretur vertice immenso feras  
 Volucresque pascens Caucaasi abruptum latus,  
 Nudumque silvis: illa, qua pontum Scythen  
 Symplegas arctat, hinc & hinc vindictas manus  
 Distendat alto, cumque revocata vice  
 In se coibunt, saxaque in caelum expriment  
 Aëtis utrimque rupibus, medium mare,  
 Ego inquieta montium jaceam mora.  
 Quin structum acervans no more congesto aggerem.  
 Cruore corpus impio sparsum cremem?  
 Sic sic agendum est, inferis reddam Herculem.  
 AM. Nondum tumultu pectus attonitum caret,  
 Mutavit iras: quodque habet proprius furor,  
 In seipse savit. HER. Dira furiarum loca,  
 Et inferorum carcer, & fontis plaga  
 Decreta turba, & si quod exilium latet  
 Ulterius Erebo, Cerbero ignotum, & mihi,  
 Huc me abde tellus, Tartari ad finem ultimum  
 Mansurus ibo, pectus ô nimium ferum:  
 Quis vos per omnem, liberi! sparsos domum  
 Desistere dignè poterit? hic durus malis

Lachrimare vultus nescit, huc enses date,  
 Date huc sagittas, stipitem huc vastum date.  
 Tibi tela frangam nostra, tibi nostros puer  
 Rumpemus arcus, ac tuus stipes gravis  
 Ardebit umbris, ipsa Lernæis frequens  
 Pharetra telis in tuos ibit rogos.

Dent arma pœnas: vos quoque infastas meis  
 Cremabo telis, ô novercales manus.

TH. Quis nomen unquam sceleris errori dedit?  
 HER. Sæpe error ingens sceleris obtinuit locum.

TH. Nunc Hercule opus est, perfer hanc molem mali,

HER. Nunc sic furori cessit extinctus pudor,  
 Populos ut omnes impio aspectu fugem.

Arma, arma Theseu flagito, properè mihi  
 Subtracta reddi. Sana si mens est, mihi  
 Referte manibus tela: si remanet furor,  
 Pater recede, mortis inveniam viam.

AM. Per sancta generis sacra, per jus nominis  
 Utrumque nostri, sive me altorem vocas  
 Sen tu parentem, perque venerandos piis  
 Canos, senectæ parce deserta precor,  
 Annisque fessis, unicum lapsa domus  
 Firmamen, unum lumen afflicto malis  
 Temet reserva. Nullus ex te contigit  
 Fructus laborum: semper aut dubium mare,  
 Aut monstra timui: quisquis in toto furit  
 Rex sævus orbe, manibus aut aris nocens,  
 A me timetur: semper absentis Pater  
 Fructum tui, tactumque, & aspectum peto.

HER. Cur animam in ista luce detineam amplius,  
 Moræque, nihil est: cuncta jam amisi bona,  
 Mentem, arma, famam, conjugem, natos, manus,

Etiã

*Etiam furorem : nemo polluto queat*

*Animo mederi , morte sanandum est scelus.*

THE. *Perimes parentem ?* HER. *facere ne possim ,  
occidam*

*Genitore coram.* THE. *Cernere hunc docui nefas.*

AM. *Memoranda potius omnibus facta intuens ,  
Unius à te criminis veniam peto.*

HER. *Veniam dabit sibi ipse , qui nulli dedit ?*

*Laudanda feci jussus , hoc unum meum est.*

*Succurre genitor , sive te pietas movet ,*

*Seu triste fatum , sive violata decus*

*Virtutis , effer arma , vincatur mea*

*Fortuna dextra* TH. *Sunt quidem patria preces*

*Satis efficaces , sed tamen nostro quoque*

*Movere fletu : surge , & adversa impetu*

*Perfringe solido. Nunc tuum nulli imparem*

*Animum malo resume , nunc magna tibi*

*Virtute agendum est , Herculem irasci veta.*

HER. *Si vivo , feci scelera : si morior , tuli.*

*Purgare terras propero : jamdudum mihi*

*Monstrum impium , savumque , & immitte , ac  
ferum*

*Oberrat : agedum dextra , conare aggredi*

*Ingens opus , labore bissero amplius.*

*Ignave cessas , in pueros modo ,*

*Pavidamque Matrem ? arma nisi dentur mihi ,*

*Aut omne Pindi Thracis exscindam nemus ,*

*Bacchique lucos , & Citharonis juga*

*Mecum cremabo , tota cum domibus suis*

*Dominisque tecta , cum Deis templa omnibus*

*Thebana , supra corpus exciptam meum ,*

*Atque urbe versa condar. Et si fortibus*

*Leva*

Leve pondus humeris mœnia immissa incidere,  
 Septemque opertus non satis portis premar:  
 Onus omne media parte qua mundus sedet,  
 Dirimitque superos, in meum vertam caput.  
 Redde arma. AM. Vox est digna genitore Herculis.  
 TH. Hoc en peremptus spiculo cecidit puer,  
 Hoc Juno telum manibus emisit tuis,  
 Hoc nunc ego utar. AM. Ecce quàm miserum metu  
 Cor palpitat, corpûsque sollicitum ferit.  
 Aptata arundo est: ecce jam faciet scelus  
 Volens sciensque: pande, quid fieri jubes?  
 HER. Nihil rogamus, noster in tuto est dolor.  
 AM. Natum potes servare tu solus mihi  
 Theseu, ipse necdum maximum evasi metum.  
 Miserum hand potes me facere, felicem potes.  
 Sic statue, quicquid statuis, ut causam tuam,  
 Famamque in arcto stare, & ancipiti scias.  
 Aut vivis, aut occidis hanc animam levem,  
 Fessamque senio, nec minus quassam malis  
 In ore primo teneo: tam tarde patri  
 Vitam dat aliquis? non feram ulterius moram,  
 Leithale ferro pectus impresso induam,  
 Hic hinc jacebit Herculis sani scelus.  
 HER. Jam parce genitor, parce, jam revoca, manum.  
 Succumbe virtus, perfer Imperium Patris.  
 Eat ad labores hic quoque Herculeos labor.  
 Vivamus, artus alleva afflictos solo  
 Theseu parentis, dextra contactus pios  
 Scelerata refugit. AM. Hanc manum amplector  
 libens,  
 Hac nixus ibo, pectori hanc ego admovens

Pellam

Pellam dolores, HER. quem locum profugus petam?  
 Ubi me recondam? quæve tellure obruam?  
 Quis Tanais, aut quis Nilus, aut quis Persica  
 Violentus unda Tigris, aut Rhenus ferox,  
 Tagusve Ibera turbidus gaza fluens,  
 Abluere dextram poterit? Arctoum liceat  
 Mæotis in me gelida transfundat mare,  
 Et tota Tethys per meas currat manus,  
 Hærebit altum facinus: in quas impius  
 Terras recedes? ortum, an occasum petes?  
 Ubique notus, perdidit exilio locum.  
 Me refugit orbis, astra transversos agunt  
 Obliqua cursus, ipse Titan Cerberum  
 Meliore vultu vidit: ô fidum caput  
 Theseu, latebram quare longinquam, abditam.  
 Quicunque semper sceleris alieni arbiter  
 Amas nocentes, gratiam meritis refer,  
 Vicemque nostris. Redde me infernis precor  
 Umbris reductum, meque subjectum tuis  
 Restitue vinclis: Ille me abscondet locus,  
 Sed & ille novit. THE. nostra te telus manet,  
 Illic solutam cadit Gradivus manum  
 Restituit armis, illa te Alcide vocat,  
 Facere innocentes terra qua superos solet.

